



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

62 Canonicus ob simoniam sei ignorante admissam denuo creatus, vltimum locum occupat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

fam damni dat, damnum dedisse dicitur: cap. fin. de iniur. siue causa immediata, siue mediata damni fuerit. vt ait S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 7. In penas tamen extrauagantis Pij V. incip. Cum primum non incidit; cum, hac ad mediatores, & procuratores simoniacos non extendatur. ita Nau. in Man. c. 23. num. 105.

DECISIO LIX.

Ex conf. 58. alias 67.

- 59 **Q**ui pecunias mediatori dat, vt sibi dimissorias, seu reuendendas ad ordines suscipiendos impetret, quas verè per pecunias mediator impetret, simoniam committit, & in penas contra simoniacos in ordine latus incurrit. Extr. 2. de simon. Sicut enim simonia in beneficio committitur, cum datur pecunia, vel aliquid temporale pro collatione, nominatione, fauore, intercessione, & alijs similibus actibus ad illud acquirendum directis; ita & simonia in ordine committitur, non solum quando datur pecunia, vel aliud temporale pro pretio ordinis, sed etiam quando datur pro alijs actibus ad eius acquisitionem directis; quales sunt literæ dimissoriae, examinatio, & approbatio, quæ ius quoddam petendi, & accipiendi ordines continent, quod ius per huiusmodi literas datum spirituale quoddam est ad ordinem consequendum directum, qui est magis spiritualis, licet ordinandus emere nolit ordinem, quem inuendibilem, & inextimabilem esse cognoscit, vt ait Nau. in Man. c. 23. num. 99.

DECISIO LX.

60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Ex conf. 61. (alias) 97.

- 60 **C**ollatio, presentatio, vel electio beneficii per simoniam etiam ignoranti facta non est ipso iure nulla, sed annullanda, nec beneficium per simoniam a se ignoratam recipiens excommunicationem incurrit cap. pen. de elect. Is tamen cui beneficium collatum est, postquam hoc sciet, illud renuciare tenetur, & fructus extantes restituere, non autem bona fide ante simoniae notitiam consumptos. ca. ex insinuatione de simon. S. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad tertium, Nau. in Man. ca. 25. num. 12.

DECISIO LXI.

- 61 **R**ecipiens beneficium per simoniam ab alio se ignorante commissam, ad illud renunciandum post eius rei notitiam obligatur, cap. de regularib. & c. ex insinuatione de simon. Quæ renunciatio faciendâ est non in manibus collatoris, sed Episcopi, vel Archiepiscopi, qui est eius superior immediate diatus, & qui iuste possit collatarium inuitum destituere. Non potest autem beneficium sic renunciatum de nouo renunciati conferre, si eius collatio ad eum non pertineat, sed eius collatio fieri ab eo, ad quem illa alias regulariter pertinet; cap. cum ex inuincto de hered. vbi Gloss. Potest tamen Episcopus dispensare, vt renunciati idem beneficium de nouo conferatur. cap. pen. de elect.

DECISIO LXII.

- 62 **C**anonici sic ob simoniam se ignorante obtentus, & in manibus superioris renunciatus, si deinde eidem conferatur, collatarius vltimam locum inter Canonicos obtinere, ac alia omnia facere debet, ac si de illo alias prouisus non fuisset; vnde sic prouisus de nouo recipi, de nouo in possessionem mitti, de nouo residendam facere, & in vltimo loco sedere debet: cum beneficium per renunciationem legitimam eius perinde vacat, ac si per mortem vacasset, eamque periculosum, 7. q. 1. ca. suspectum de rescript. in 6. c. quoniam, & c. ex insinuatione de simon. & idem de prouiso per renunciationem legitimam, ac de prouiso per mortem iudicandum est.

DECISIO LXIII.

- 63 **R**edimatus scienter per simoniam fit irregularis, siue enim qui furtim sine licentia, & approbatione

Episcopi, vel excommunicatoris ordinem sumpsit, si præmissa erat excommunicata sententia: contra sic ordinem accipientes, irregularis est; cap. 1. de eo qui furti. ordin. ita etiam ordinem per simoniam assumens irregularis erit cum sub pena excommunicationis, & suspensionis late sententia prohibita sit huiusmodi ordinatio Extr. 8. de simon. vnde sic per simoniam ordinatus, & excommunicatus, & suspensus & irregularis est; vt ait Nau. in Man. cap. 27. nu. 111. simoniacus vero in beneficio solum excommunicatus est, non autem suspensus, aut irregularis. In tali autem irregularitate ex simonia occulta incurra dispensat Episcopus, siue sciente, siue ignorante episcopo, simonia commissa fuerit, ita Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. de ref. Quæ irregularitate per Episcopi dispensationem sublata, in ordine ministrare, & ad superiores ascendere, & beneficia postea canonicè collata retinere potest si nullum aliud impedimentum addit; cum res semel extincta nihil operetur. cap. Ferrum. diit. 50.

DECISIO LXIV.

Ex confil. 62. alias 72.

- 64 **L**icet vacante aliquo beneficio, procurans vt illud cuidam clerico conferatur cum peccato, vt ipse dimidium tractuum percipiendorum habeat, simoniam realem committit, si fructus illi a dicto clerico beneficiario soloantur, & vtique ex communicationem incurrit, & collatio illa nulla & irrita censenda est; Nec beneficiarius talis, aut fructus suos facere, aut illos laico dare potest, Quos tamen si laicus ab illo accipiat, eos tanquam male perceptos vel ei qui primo loco præfato beneficiario succedit, vel ipsi ecclesie de cuius fructibus erant, vel Camera Apostolicæ, se cum illa componendo restituere tenetur.

DECISIO LXV.

Ex conf. 63. alias 62.

- 65 **S**ci cui Papa pensionem reseruat cum obligatione postea soluendi illam alteri, qui ob leges regni, cuius erat beneficium, & super quo illa imponitur, talis pensionis non est capax, obligationem hanc soluendi pensionem pecunie, vel alia re, absque Papæ auctoritate, redimere potest, cum huiusmodi obligatio soluendi pensionem aliquid mere temporale sit, a iure spirituali separatum; pensionem vero reseruatam, ita vt beneficium, si per quo posita est, liberum maneat, sine Papæ licentia redimere aequit: eo quod pensio vel ius spirituale est, vel saltem spirituali est annexum: ex Nau. in Man. cap. 23. num. 3. vnde eam sine auctoritate Papæ redimens, simoniam committit, excommunicationem tamen non incurrit, cum hæc non nisi per simoniam in ordine, aut beneficio commissam incurrat pensio autem non est beneficium appellanda DD. in cap. postulat. & cap. ad audientiam. 2. de rescript.

DECISIO LXVI.

Ex conf. 64. alias 46.

- 66 **L**itigantes in Rota de beneficio, & inter se conuenientes, vt ei qui causam amitteret alter fructus, & expensas, in quibus condemnandus erat remitteret, vt sic liti, & causa cederet, quæ conuentio postquam Prætorio Rotæ nota, & illi placita fuerit, statim vni eorum possessionis traditio discernitur, Simoniam ob dictum pactum, quod Papa inconsulto interunt, commississe non censentur; eo quod satis videtur fuisse a Papa ratificatum, ex hoc quod iudex ab eo datus illud ratum habuerit, & tanti Prætorij auctoritate comprobatum. arg. capit. Nisi essent. de præben.

DECISIO LXVII.

Ex confil. 65. alias 45.

- 67 **S**imoniam in collatione beneficii per tertiam personam commissam, parti eam ignoranti, neque quoad peccatum, neque quoad excommunicationem nocet, capit. lam itaque. 1. quest. 4. Sciens tamen aut eam scire debens beneficium renuciare tenetur, capit. ex insinuatione de simon. nisi